



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 471. Simplicii Pap. Annus 4. Leonis 15. Anathemii 5.
Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

CONFY- GIT A- SPAR CVM SVIS AD A- CL- SIAM. IV.

perator, vt filius eius ab eo Cæsar nuncuparetur: ignorans imprudens & hoc sibi fuisse pariturum fore ruinam. Etenim cum eos populus diuissimè tolerasset; cum tamen Arianus super se regnaturum accepit, ad eò molestè tulit animo, vt occasione Cicensium expectarà, eos omnes tanquam expeditam diuitiis pacem primò clamoribus oppetuerint, mox vi publica in eosdem, cum licuisset, acturi. Illi verò (subdit Nicephorus) plebem metuentes, Chalcedonem traiecerunt, exercitum omni eo insequente: & in templum Euphemia martyri confugerunt.

Hic hite gradum, lector, & in memoriam reuoca que ante quatuor annos contigisse diximus, cum confugiente hominem ad Ecclesiam Acæmetarù, cui præerat S. Marcellus, Ardaburius ad eum inde extrahendum obstinata voluntate persistens milites misit, qui tamen exercitum nimine destiterunt. Qui igitur asylum sacrum per nullius præceperat violandum, ad ipsam vnà cum suis modò cõfugere cogitur, & in eo expectare salutem. Quod ipsum & alijs in concessa Ecclesiastica iura seculari potentia inuadentibus sæpius contigisse, quæ superius diuersis temporibus dicta sunt, exploratissimum reddidit, patet factumque astare Deum vindicem Ecclesiasticæ inuinitatis in eos, qui illam violare conantur. Experiuntur quotidie Principes à Deo verbera ob violata iura Ecclesiastica, sed nolunt, vel dissimulant intelligere eadem eiusmodi ex & ista inflicta esse, vnde accidit, vt grauioribus semper vergeantur angustijs, atque premantur ærumnis. Sed inchoatam semel miserorum tragediam prosequamur. Pergit enim ita Nicephorus, postquam eorum in Ecclesiam confugium enarrauit.

V. ZENO IMPERATOR ASPAREM ET FILIOS

Imperator, Patriarcha ad eos misso, se fidem eis seruaturum esse, si in Ecclesia discederent, pollicitus est ipse verò se loco excessuros, nisi Imperator ipse discesset, negarunt. Proinde Leo eò concessit, & viros illos præter rationem ad se peruenisse. & ad quædam suam adhibuit, & alia præterea multa, iniuriarum obliuionem illis pollicitus fuit. Alia autem ex parte Zenonis Ianuo, qui vi fidus magnoperè videbatur, vt in illis per balineas ad Imperialem Regiam reuenirent, subito impetu capta rescaret, præcepit. Adorant illi, & Zeno Ardaburio primus caput amputauit.

VI.

Quod vbi Aspar vidit, indoluit, & magna voce exclamans: Dignum (inquit) fere exitium senex canus, qui frustra gloriatu est, neque vnquam admonitioni reuera audiens fuit. Per se enim dixi: Prius Leonem deuoramus, quam ille nos sibi in prandio apponat. Hæc vbi dixit, & ipse ferro casus, vitam amisit. Filium autem eius Patriarcham illam à filia Ariadna per repudium seiuunctum, in exitium misit; & Ariadnam Zenoni, vt ipse qui insidiatores sustulisset, coniugem dedit. hæc Nicephorus: verum alij filios omnes Asparis occisos tradunt. Quod autem ad Zenonis nuptias pertinentium sint complures, qui ad superiora temporalia Leonis Imp. referant coniugium ipsum Zenonis cum Ariadna, hîc errare videntur. Quomodo enim potuit Zenoni antea fuisse nuptia, quæ anno superiori filio Asparis est desponsata? hæc quidem hoc anno facta esse, omni fide exploratum satis sperari reddidit. Potè ex cæde Asparis & filiorum Leo Augustus consecutus est nomè, vt Macclis, nempe Interfector, fuerit cognominatus. Sic itaque visio impleta est S. Marcelli, quæ vincendum tandem à Leone dracem, fuerat ipsi diuinitus antea demonstratum.

IESV CHRISTI Annus 471.

SIMPLICII PAP. LEONIS 15. IMP. ANATHEM. 5.

I. GENNADIUS EPISCOPUS CONSTANTINO OBIT.

Qui sequitur Christi annus quadringentesimus septuagesimus primus, Consulatu quarto Leonis Augusti cum Probiano collega notatus habetur: quòd Gennadius Constantinopolitanus Episcopus cum sedisset annos tredecim (vt habet Nicephori Chronicon) ex hac vita decessit, sui desiderium bonis omnibus reliquens. Sed quid

haud pridem ante eius obitum prodigiosum visum fuerit, audi: Cum notu ad altare sacrificij orans aspari dum procees ad Deum funderet, spectrum quoddam demoniacum ei apparuit, quod ille protinu signo Crucis veluti immisso velo fugauit: cumq; recederet, hæc est humana voce locutum: Ab eo, & reuincite quiescam, reueneris post obitum tuum; & modis omnibus euerfure Ecclesiam, habent hæc Theodorus Lector, Nicephorus, & alij: & quidem in hoc minime mentitam mendacem spiritum, eueniens ostendit.

Euenit namque postea, vt fuerat dæmon pessimus comminatus: subrogato enim in locum Gennadij Acacio ex Præfecto (vt ait Eugagrius) orphanorum collegio, quales turhines exagitarint Ecclesiam, quæ annis singulis inferius describentur, facile demonstrabunt. Adnumeratur Gennadius inter Scriptores Ecclesiasticos à Gennadio Massiliensi, cum de eo agit his verbis: Gennadius Constantinopolitana Ecclesia Episcopus, vir lingua nitidus & ingenio acerrimus in lectione antiquorum fuit, vt Danielen Prophetam ex integro ad verbum commentatus exponeret: homilias etiam multas composuit. Moritur sub Leono Seniore. hæc ipse, cui consensit Marcellinus Comes in Chronico. Inter Sanctos relatam ipsum habent Græci in Menologio die vigesima quarta mensis Augusti, honorifico cultu annuatim eius memoriam merito profequentes.

Reperitur Leonis Imperatoris cõstitutiones diuersarum temporibus sub Gennadio data de rebus ad cultum religionis spectantibus, quarum auctoritas illud creditur fuisse Gennadium. Ad arbitrium enim Episcoporum eiusmodi sanctiones edere confueuisse ipsam Leonem Imperatorem; quæ post hæc fuerunt Acacio nouo Episcopo promulgauit, facile demonstratum. Sed accipe, quæ hoc ipso anno ante obitum Gennadij de monachis idem Augustus saluberrimè hæc lege sancit:

Qui in monasterijs agunt, ne potestatem habeant à monasterijs excutiendi, neve in Antiochia, neve in alijs ciuitatibus seruandi: si salu exceptis, quos Apocrisarios, id est, Procuratores vocant, quibus potestatem permutuimus (si volumus) per solas procuratores, eaq; necessarias exequendi. Porro hi, qui excunt, cæcant, nec de religionis dogmate disceptent, aut conciliabula quibusdam præstent, aut turbæ excitatæ simplices & mansuetos animos populi auertant. Sciatis, quia quæ à nostra pietate instituta sunt, continentur, legum fueritatis subijciuntur. Datum Kalendas Iulij, Constantinopoli, Leonis & Probiano Consulibus.

Cum autem huiusmodi Imperatoris rescriptum ad Zenonem, & de Antiochena potissimum ciuitate hoc ipso anno datum habeatur: planè demonstrat tempora, quibus ibi agente Zenone, contigit Ecclesiam illam per Petrum Fullonem monachum eronem grauissimè perturbari. Errare quidem noscuntur, qui ad priora Leonis tempora eiusmodi Præfecturam Zenonis, & Petri Fullonis originem ponunt: nam præter legis huius auctoritatem, ex sua etiam ipsorum assertionem conuincuntur. Cum enim id factum dicant, postquam Zenoni Ariadna filia Leonis iuncta in matrimonium fuit: certe quidem non ante superiore annum id cõtingere potuisse, cum illa antè desponsata esset filio Asparis, satis dilucidè est patefactum. Sic igitur cum post nuptias cum Ariadna omnes assentiment Zenonem creatum esse Comitrem Orientis, tuncque cum illo Antiochiam petrexisset Petrum Fullonem, & tumultus illos excitasse: ad eos comprimendos, eiusmodi sanctionem aduersus vagos monachos, qualis erat Petrus Fullo Antiochenam Ecclesiam perturbans, rescriptissimè idem vultu Imperator. Sed age rem gestam enarremus ex præfatis auctoribus.

At in primis Theodorus Lector: Cum Martyrius Antiochena Ecclesia Episcopus esset; Zeno Prator gener Leonis Imperatoris, filiam eius Ariadnam vxorem habens, Antiochiam venit. At hunc Zenonem Imperatoris generum secutus est Antiochiam vsque Petrus cognomento Cnaphis, idemque Fullo nuncupatus, templi Bassæ martyris, quod Chalcedonis est presbyter. Monachum quidem hunc fuisse, & ob hæresim expulsum à monasterio, narrat Alexander his verbis: In religioso Acæmetarum monasterio existit manachus quidam, qui, vt Iudas inter Apostolos, diaboli moris imitabatur: qui Fullonis artem exercebat:

178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500.

exercitabat: sanctam vero & venerandam Synodum in urbe Chalcedone celebratam auersabat, & dogmatis Butychiani eius propagator. Huiusmodi hominum & corruptorum & perulentem, atque Apostolicorum dogmatum huius acerrimum, eius loci homines in monasterio exspulserunt.

VII. Quicum expulsi fuissent, Constantinopolim profectus est, & athenatorum vitam imitatus, modo hanc, modo illam domum obibat, ventri & gula inseruiens. Cumq; execrabilis sua heresi particeps quosdam honore pradiros inuenisset, idu ad heresim cepit, per quos etiam in eius notitiam venit, qui erat gener imperatoris, Patricius & Excubitorum Comes (sic enim appellabatur qui excubis praesidebat) sic Petrus ille cum religionis speciem induisset, erat quidem assidue cum Zenone Imperatoris genero: non audebat autem propriam impietatem aperire. Cum autem Zeno ad Orientis partes profectus esset, secutus est eum Eulio vsque Antiochiam: Vbi cum inuenisset multos scitiores Apollinaris, vna cum illis contra Patriarcham temeritatem excoertit, aduersus eum seditionis simam quemque hominem concitans, & Chalcedonensem Synodum conuincians, & Patriarcham illum Nestorianum appellans.

VIII. Cum igitur Antiochena ciuitas multâ seditione & tumultu perturbaretur: Petrus ille Comitem Zenonem dolo aggressus: Nisi (inquirit) ciuitatis huius Episcopus commouetur, fieri non potest, vt populus quiete vinat. Quinetiam multam auri vin et proposuit, si ab eo imperaret, quod petebat. Patricius est confilium, quod ante, occultauerit. Tunc infames quosque & improbos homines, vni eadem, quae ipse, sententiam, per suasionis secum duxit, & grauisima quaeque scelera contra Patriarcham falso conficta ad Imperatorem detulit. Sed eius malitia nihil profecit, cum Imperator Apostolicorum dogmatum esset propagator. haec Alexander de rebus geitis Petri Fullonis vsque ad obitum Leonis Imperatoris.

IX. Vides, lector, & causam puto rimaris, cur sub Orthodoxo atque aequissimo Imperatore post tot tantaque remedia aduersus haereticos frequenter adhibita, post nimium Chalcedonense Concilium, & litteras, saepe iteratas S. Leonis Papae, postque omnium Orthodoxorum prouinciarum omnium Orientalium, sanctorumque viciorum additis his epistolas, post denique Catholico Imperatorum edicta, adhuc tamen magis magisque haeresis inualeceret: nimirum quod ipsa potentissimos magistratus haberet patronos, qui grauiori damno Catholicae veritatis sub Catholico nomine elanculo delicerent.

X. Quod vero ad palaestram haereticorum exercendam periculosum videretur Constantinopolitanae ciuitatis esse theatrum, spectante Catholico Principe: ab eorum Xyltarcho Antiochia delecta est ad experiendas impiorum vires: resque ex sententia accidit, vt fauore Zenonis Orthodoxus Episcopus calumnij lacinatus & grauius oppressus fuerit. A commo datam namque ad id, quod acturus erat, nactus est Fallo occasione, dum praetextu expugnandi, quos illic repererat Apollinarianitas atq; Nestorianos, in Catholicam huiusque defensores iaculabatur quebar eò validius, quod illi vires suppedirabantur ab ipso Comite Orientis Zenone, qui & tuenda Catholicae fidei aduersus impios praetextum, tamquam laruam quamdam pietatis, superinduxerat, vt ita Imperatoris eludere posset aspectum.

XI. Addit autem ad ea, quae dicta sunt de Martyrio Episcopo Antiocheno Theodoros Lector: per dictum fuisse ad Leonem Imperatorem, sed studio & exhortatione Gennadij Episcopi Constantinopolim verò reuersum, cum Antiocheno tumultuationibus & seditionibus delectari, & Zenonem ad hoc illis esse subsidio cernebat, Episcopatum renuiciale, altiori voce ipsa praefatum in publica Ecclesia:

CLERO IMMORIGERO ET POPULO REBELLI ET ECCLESIAE CONTAMINATA RENUNCIO, SERVATA INTERIM MIHI SACERDOTII DIGNITATE.

XII. Post discessionem Martyrii (subdit ille) Cnaphens sedem Episcopalem tyrannice inuasi, & statim Ioannem quendam antea de-

positum Apamea Episcopum ordinauit. Quo cognito, Gennadius Imperatori cuncta significat: qui Cnaphem in exilium ablegari iubet. Ille autem cum id praesisset, fuga elapsus, exilium euasit. Iohannem vero communi suffragio Episcopatu positum, huculque Theodoros est profectus res Petri Fullonis ad hanc annum spectantes, cum adhuc Gennadius Constantinopolitanus Episcopus superstes esset.

Sed audiamus quae ex Actacio Episcopo Constantinopolitano conscriptis Liberatus Diaconus nonnulli ab his diuersa, verbis istis: Addidit Actacius, quod de alio Petro Antiocheno haeretico scripserat, nimirum Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse: hoc propter crimina derelicti, Antiochiam transfugisse: vbi pulso Martyrio Episcopo, per visum populum & haeticum seditionem occupasse, continuo, damnatum ab Episcopo, & Leonis imperium Samum deportatum. Qui fugiens, rediisse dicitur Constantinopolim, & dedisse fidem, se per visum turbas nihil audere. haec ibi vsque ad Basilicam temporis, quae cum non liceat certis annorum interstitijs discriminate, hic vna simul oportuit congestisse. Porro pulso Fullone, abdicanti se Martyrio, nullus in eius locum successus est; quod non alium, quam ipsum Orthodoxo sedi illi optarent Episcopum. Aduersus autem huiusmodi Eurychianorum inualecentes haereses scripsisse hoc anno Theodorum Tyren Episcopum, Marianus affirmat, sed & alios praestantissimos viros, quos Gennadius receperat, id eam perfecisse, alibi dictum est.

Quod vero ad politicum statum pertinet: pax, quae parta est Orientali Imperio, caelis per duellibus Gothis Arianis bellum intulit Imperio Occidentali. Qui enim eius sectae erant Arianus in Orb Romano potentes & Reges, totum sibi illum videbantur esse partiti, & ad propagationem perditae tacita inter se foedera iniisse. Erant hi in Oriente, quos diximus nuper extinctos, Alpar & Ardaburius Gothi Arianus, Roma Ricimer item Gothus & Arianus, in Hispanijs atq; Gallijs Euaricus Rex Gothorum Arianus pariter & persecutor, in Africa vero Gensericus Waldalorum Regis Arianorum omnium scelestissimus. Ita sanq; his impiorum funibus cinctus & colligatus, penitusque constructus erat Catholice Orbis, Arianis vbi que inualecentibus, tum potentia Regum, tum etiam sublimitate magistratuum cuncta pro animi arbitrio moderantium: nam vidimus tam in Oriente, quam in Occidente ceandorum Imperatorum facultatem penes Gothos Duces eodemque impios Arianos fuisse.

Cum igitur Arianos illos, qui Constantinopoli impatium per dignitatem Caesarem sibi iam vendicant occisos audiuit Ricimer Roma potentissimus Magister militum: indignissimè ferens, in Anthemium Imperatorem Graecum Leone Romanum fuisse, licet foerum, meditari cepit in illas: sed cum illa deteget esset, ipse Ricimer sibi consuluit, Mediolanum se conferens: Vbi aliquandiu moratus cum suis, haud imminutus robore militum, ad abud se barbarus in diuinarum genus conuertit nempe vt cum focero pacem petere simularet, eaque obtenta, occultiores moliretur inuidias, & sub inuoluto pacis gl'yalios ad necem Imperatoris occuleret: sed & vt omnem doli suspicionem auferret, hoc in ministerium delegit, quem ob egregia sanctitatis merita omnes inspiceret, simulque venerarentur.

Sic igitur a proditore Ricimer delectus est ad hoc munus Epiphanius Ticensis Episcopus, vir plane sanctissimus atque eloquentissimus: cuius legatio descripta inuenitur ab Ennodio eiusdem Ecclesiae diacono, qui ipsius Epiphanius res gestas memoriae tradidit. exerbicatus hic ea collata cum Vaticano codice: quod quae cusa extant edita eadem Epiphanius Acta⁴, mendosa admittim esse noscantur: sic stium se habent, dum de Epiphanijs legatione agitur:

Max vero per vniuersum mundum sanctam illius conuersationem illa, quae licet in gloriosis actibus traditor esse soles, fama non tacuit, sed ad aures Ricimeris, qui tunc secundus ab Auenentio Principe habentis Republicam gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romae posito, seminarium inter eos re: et scandala illa, quae dominantes sequisq; erat, inuidia, est qae dignitas causa discordia

PETRYVS IVLIO IN VADIT EC CHESIAM ANTIQC.

XIII.

Liberat Dico. n Br. mar. 28.

Oahm

c Marius

Stat. in Choro.

XIV.

XV.

RICIMER QUID SIT MOETI VE IN AN THEMI VM IMP.

XVI.

d Ayud Sic. die 22 Lun

XVII.

Surrexerat enim tanta rabies atque dissensio, ut mutuo bellaprepararent: & praterquam erigo irarum propriis fugeribatur simulos, in ipsa circumstantium consilio muriebatur. Notabat status periclitans Italia, & affligebatur ipsi discrimini grauius, dum expectabat futura discrimina.

XXVIII.

LEGATIO
A R. ME
R. C. D. B. R.
G. I. V. R. A. D.
A. N. T. H. E.
M. I. V. M.

Interca apud Ricimerem Mediolanice & tempore residentem sit collectio Ligurum nobilitatis, qui sexu genibus, soloq; prostratipatemorabant Principem, ut a scandalo vitæque partes definirent, occasiones gratiæ ab vna precabantur auferri. Quid plura contexam? Mutatur Ricimer, & velle reparare concordiam, perimor multorum stultibus, pollicetur. Sed quæ (ait) potissimum huius legationis pondus excipiet? Quem tanta motu circa manet? Quis est, qui Galatam concitatum renouare possit & Principem? Nam semper cique rogatur, exuberat, qui vnam naturalem rationem non terminat. Tunc vno omnes responderunt: Vester tantummodo ad pacem declinetur assensus: est nobis persona nuper ad sacerdotium Ticinensis vrbs adiecta, cui & Alua rabide colla submitant: cui ante preces offeratur beneficium, quod à quolibet petiturus aduenit: cui est cultus vitæfamilis, quem venerari possit quicumque, si est Catholicus & Romanus: amare certe, si videre illum mæatur, & Graculus. Numquam se diras aspidem verborum digitu incantator Theofalnu violentu sperat: euocare carminibus, quomodo ille effectum petimus sue etiam à negaturus extorquet. Pendet in arbitrio eius, cum loqui capax, sententia audientis, Perdet insuam, qui excusare disposuit, scilicet allegandi copia concedatur.

XIX.

EPHRA
S. I. V. D. E.
L. C. I. T. R.
LEGATVS
V. R. I. C.
M. E. R. L.

Tunc Patricius Ricimer ita respondit: Detulit ad me hunc hominem, quem exponit, fama gloriosum: & in hoc admirationis magis mihi est, quod omnes habeat laudatores: nullos enim quibus per inuidiam abundare solet nouitas, prodit inimicos. Itaque, & rogare hominem Dei ut ambulet: iungere etiam preceat. Egressi de Concilio, statim Ticinum petunt, causam narant fisis: ut istum laborem susciperet, beatus Epiphanius rogatur lacrymis. Qui ne extenuaret beneficium, si filios diuina supplicacione torqueret, antequam defideria postulat. quos tamen taliter allocutus est: Quamuis tante rei necessitate probatissime persona pondus inquit, & sit tibi sub graui saepe portitor immaturus, sed tamen, quem deo patria non negabo. Quibus breuiter narratis: quomodo erat loquendi parcus, ad Ricimerem Patricium perrexit: à quo simul visus & electus est.

XX.

Mandato ergo sibi legationis ordine, Romam petijt. In quo itinere quid molestiarum sustinuerit, quidve virtutum gesserit, festinans ad maiora pretereo. Mox tamen ut supradicta vrbs portus ingressus est, fama, quæ ab eodem illum notum fecerat, digito cæpi ostendere. Conuersis omnium oculis stupere mentes attente, quod tantam sibi exhiberi reuerentiam, imago eius index sanctitatis extiterit. Inexpugnabilis se culpa reum fatabatur quilibet potentiam, nisi tantum genus ipsius amplexus esset. Tollatur clamor ex celum: nemo illum mortalium nyma computabat: cui omnia caelestis gratia videbant bona constare. Perferat ad Principem Anthemium, studio legationis huius copiam misse largitur, hominem, quem nulli in se sit etiam diues eloquio sufficienter exponere.

XXI.

At ille: Callidè mecum Ricimer & in legationibus suis arte decertat. Talis dirigit, qui supplicatione expugnet, quos ille lacessit inuicem. Perducite tamen ad me hominem Dei: qui & possibilia precatur, adiungit tam fidei, cilia, supplicabo, ne excusationem meam grauius accipere. Dubito tamen, an Ricimer apud me, quod possit, obtineat: cuius scio votorum imperatorem esse personam, & in conditionibus proponendis rationem terminum non tenere. Sed ut mat directus Antistes, ac laudatam iam pridem presertent effugium.

XXII.

CONVE
NI EP
PHANIVS
ANTHE
MIVM.

Egrediuntur Officia Palatina totà Vrbe, ubi rogatus adueniebat Episcopus. At venerabilis & seruis omnibus probatus Pontifex, postquam introgressus est, & presertenti sermonis donatum licentiâ, quasi iugiter a potestate insignia ostre regem usq; rutilantes reuerentia magis fulgore comprehensit: etiam quasi sine Imperatore, ita in se oculos traiecit singularum. Tali tamen narratione incipiens, laudum oris referant:

XXIII.

ORATIO
EPHRA
S. I. V. D. E.
L. C. I. T. R.
LEGATVS
V. R. I. C.
M. E. R. L.

Summa caelestis Domini, venerande Principi, ex ordinatione dispositionem, ut cui tante Republice cura mandabatur, idem per Catholicæ fidei dogma Deum & auctorem & amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem paci arma confringant, & calicans colla superbia concordia superat, quod fortitudo non precatur,

Sic namque David predicabilem parendum magis inimico animu reddidit, quam intentio vindicanda. Sic profecti secularum Reges & domini, supposito inulgre, caelesti arte didicerunt: Supremam namque dominationis inulgre possides, qui Imperium suam pietate sublimat.

XXIV.

Hec ergo Italia vestra fieto indico, vel Ricimer Patricium paritatem meam oratum direxit, indubitanter conyeniens, quid pacem Romanu Deo nonus tribuat, quæ precatur & barbaru. Erit enim triumphus vestro proprie profuturus annalibus, si sine sanguine vicerit finit. Nescio que spes fortior possit esse bellorum, quam dimicare contrariarum diu, & ferocissimi Geta pudorem enari beneficium. Gratius enim percellitur, si spoliata impetret, quam puduit hâtenus supplicare. Tractandus deinde accepto beneficium, cuius in quo tamen sita preualuerint peccata, certamine vestro regnum defraudabitur, quod partes vtriusque periderunt. Nam quamque apud Ricimerem, si amicus est, salua sunt cum ipso à vobis Patricio possidentur. Cogitate pariter, quia bene causæ sit ordinum dirigit, qui pacem primus obtulerit. Hâtenus admittendus Pontifice profectus, loquendi finem fecit.

XXV.

Tunc Princeps erigens oculos, deseruim se omnibus vidit affectibus, acque in eum inuicem vultu esse conditorum: quæ a mirari nec ipse desinebat. Tunc alto trabens verba si spatio, ita orsus est. Quamuis inexpugnabilis vobis, facile Antistes, aduersus Ricimerem causa doloris sit, & nihil profuerit maximo cum à nobis donatum fuisse beneficium: quem etiam quod non sine pudore & regis & socij nro nostri dicendum est) in familie stemma copulatum, dum indolens amoris Republice, quod videretur ad nostrorum ordium pertinere. Quis hoc namque veterum reru Principum fecit vniquam, ut inter nueria, quæ pellito Geta dari necesse erat pro quiete, comminans filia poneretur? Nescimus pariter, angustia nostro, dum seruamus alienum. Nemo tamen hoc credat propria causa factum esse formidinis: nam in tanta circumspicienda salutis omnium, saluam pro nobis timere non nouimus. Bene enim apud nos compertum est, perire Imperatori laudem, iacere virtuti, quæ pro alteram cautela non minuit. Sed ut tua veneracioni ad h. quidam conatus illius aperiamus: quoties à vobis maioribus donum conuulsum est Ricimer, toties grauius inuicem apparuit. Quanta contra Republicam bella præparauit? Quanta exterarum gentium, et illum vires furor accepit? Postremo etiam vobis, ere non potuit, mouendâ tamen iocunda suggestit. Hinc nos pacem dabimus: hinc inirestinum sub indumento amicitiarum inimicium sustinimus, quon nec fadu concedat, nec affinitatis vinculum tenerunt. Grandis tanto est, aduersari animam cognouisse: etenim hostem protinus sensisse, super esse. Proinde semper adprehensa dicit simulos, quos occultata conceperant.

XXVI.

Sed in his omnibus reuerentia tua & vades & mediator accedit, qui potes spiritali indagare consilia nefanda inuenire, & inuenta corrigere. Pacem, quam & tu posuisti, negare non audeo. Postremo si solita caliditate agilita etiam te sefellit, certamen vulneratus assumat: Metamen, statumq; Republice eius committo & commendo manibus: & gratiam, quam supplicanti & profusoper se Ricimeri negare distulseram, per te primus exhibeo: profundâ enim deliberatione, compendij vestri in hac parte consultimus, si incerta procellarum erroribus ex boni gubernatione ordinatione serauimus. Quis enim tibi excusare præsumat beneficium postulanti, cui oportuerat ante preces offerri? Hec Imperator.

XXVII.

At venerabilis sacerdos: Gratias inquit) omnipotenti Domino, qui pacem suam Principi menti inferuit, quem ad instar superi dominacionis, vicarium potestatis sua poluit effici mortalibus. Quibus & breuiter enarratis, accepto etiam pro concordia firmitate & Antimo sacramento, discessit, festinans ad Liguriam reuertit, quoniam Resurrectionis Domini tempus instabat. hucusque Ennodius de legatione Epiphaniad Anthemium. Sed quid pacis confecta Ricimer, cum Romam venisset, in Anthemium molitus sit, suo tempore enarrabitur.

XXVIII.

Hæc eodem anno, qui numerantur decimus sextus à capta à Wandalis Vrbe, Eudocia Juniori filio Genetrici Henrico in matrimonium iuncta, fugam arripens venit Hierosolymam. testatur hæc quidem dea Nicephorus verbis istis: Junior Eudocia, filia Valentiani & Eudoxie, quæ à Genetrice capta fuerat Hæmerica filio deponata, cum quo annos sexdecim vixit, eiq; filium Valdecium genuit: porro

XXIX.

XXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

cum parum grata esset ei viri comitatio, qui arianam profic-
tatur religionem; arte manu eius dilapsa, & arianam Eudo-
ciam imitata, ad sancta loca concessit, & sepulchrum illius lon-
ge post exsculata est. Vbi & ipsa nonnulla vixit; sed somno beato
sopita, iuxta auiam tumulum in preclaro posita est monumento.
Quaequid autem ei erat facultatum, id pauperibus, & sanctae
Christi Resurrectionis consecrauit. haec Nicephorus de Eudo-
cia Juniori.

Sub huius quoque anni Consulibus prodigiola haec ha-
beret Marcellinus in Chronico: Vesuntinus mons Campanja tor-
ridus interitus ignibus affluens, exsternuimus viscera, nocturniq;
in diem tendit omnem Europae faciem minato contextu pulvere.
Huius metuenda memoria cineris annuū celebrant odianū dīdīs
Novembrii. Constantinopolitani videlicet: eō enim vsque
violentes perlati est & dilapsi magno omnium timore
cinis: nam Procopius tantae rei annuū scribit memorie his
verbis meminit: Ferunt namque cum in Byzantium semel cinis
hic (ē Vesuntio egressus silicet) recideret, sic eum loci homines
terruisse, vt ex eo tempore ad nostram aetatem annuū Deum supplica-
tionibus placent. In Tripolit, item Libya altero & subsequenti
anno illam affluam affirmant. haec & alia de his Procopius. Sed
scimus recentem hīstoriarum censoriam fidere, &
leuitatis Procopium fugillare, sicut & Eusebium de mi-
raculo herbae ad pedes aeneae statue Saluatoris nascentis,
nullā contrariā testimonio allatā, contemneris: sed de
hoc egimus primo Annalium tomo, de eo autem in Notis
ad Martyrologium Romanum, quod & probè scriptatum
reliquimus.

XXX. Veram si homo ad eō emunctae naris non vult prodigi-
a, neque miracula ad historicos rectari; omnes planè
tam Græcos, quam Latinos, Ethnicos & Christianos, an-
tiquos atque recentiores necesse est, vt contemnat atque
exufflet historicos, cum eiusmodi habeant omnes aliquid
semper in suis scriptis admixtum, quod delicato eius sto-
macho nauicam pariat. Ad quod Procopium spectat, si le-
gisset Marcellinum in ipsum testantem, forsaisēd Proco-
pio incepta arguendo cessasset. Sed & si Latinum aucto-
rem Cassiodorum perlegisset, haud adeo facile ea sape-
re Græcam vanitatem didisset. Miror certe, non accentratē
intuitum esse, quae Cassiodorus ad Faustum Praefectum
scribat de his, quae tunc temporis fieri contigissent. Cum
enim de alia recentiori agit eruptione Vesuntij, cuius rei
causa Campanis grauissima passis Theodoricus tributo-
rum remissionem indululisset, haec inter alia de admirandis
cinerum eruptionibus habet:

Volat per mare magnam cinis decorsus, & terrenis nubi-
bus excitatus, transmarinus quoque prouincias pulcreu gurgis com-
pluit. Et quid Campania pati possit, agnoscat, quando malum
eius in Orbis alia parte sentitur. Videas silicet quasi quosdam ignis
ire puluerios, & arenam sterilem impetu feruente veluti liquida
fluente decurrere, & paulo inferius: Quae ista singularis excep-
tio, vnum montem sic infernere, vt totius quae partes produret
aeris permutatione terere, & sic suam substantiam vbiq; di-
stergere; vt non videatur damna sentire? longè lateq; pulueres
vorat, vnum autem quoddam molem erudit; & tot saecula mons
ingentis glebas vsque in plana deducit: tam profunda hiabibus
ebullisse? & spiritu quodam efflante, montis ore consputas qua-
si leues paleas fuisse proticias? Alibi cacumina magna terrarum
localiter videntur ardere: huius incendia penè mundo datum est
posse cognoscere. Quemadmodum ergo non credamus incolis, quod
resistimus potest vniuersitati agnosci: haec Cassiodorus.
Quis verò tanto auctori res suorum temporum scribendi
non credat, non id priuatis familiaribus que litteis, &
ad hominem ignotum, cui velit illudere, conscri-
bi commentum, sed publicis atque ad eō parentibus Re-
gis litteris, immo impetratē indulgentiae edicto in Albo
affingendo Praetoris, & publicis monumentis ad poste-
torum memoriam in Archiuis conferuando testanti? Ad-
miraretur magis ista, quae rescript; causasque naturales
(si valet inquirat; & si non inuenit, vehementius ob-
stupefcat potius, quam illas ignorans carpat historicos:
nec neget historiam tribus grauissimis auctoribus Græcis
atque Latinis Græci saepe: quae testatam probatam, cōsigna-

tamque cultu religionis annis singulis celebri memoria
repeti solito. Sed de his haec enū.

Sub eodem, quo Acacius Episcopus Constantinopoli-
tanus creatus est, hoc nempe anno, quid acciderit, Ni-
cephorus ita tradit: Tam quoque euenit, vt duo Episcopi, quo-
rum alter Arius abie infidelis, dicendi ac disputandi arte instruitis-
simus, alter virtute, religione, & rella fide ornatissimus erat,
de doctrina religionis contenderent. Porro Orthodoxo & recte
sententi visum est, verborum contentione relicta, ad rem ipsam de-
scendere, ac veritatem explorare: Videlicet, vt rogo ingenti accen-
so, se in ignem conicerent. Quod vbi Arianus detulit, Or-
thodoxo igni se contulit, atque inde cum impio sermone con-
ferenda disputauit, saluusq; etiam vestibus intactis permanit. haec
ipse: quae quidem licet vnum Nicephorum testem habe-
re videantur, ex alijs tamen his similibus casibus, quos se-
pè alijs contigisse suis locis dicemus, haud incredibilia vi-
deri possunt. Sub hoc verò his etiam illud de Iudæo mira-
culosè per S. Sergium ab igne liberato, & ad fidem con-
uerso:

Archisynagogus quoque inter Iudæos quidam cum pueris duo-
bus in tumultu concitatus, perinde atque ipse aucter fuisset, corre-
ptus, & a vijs Consulatus exiciatus est. Is autem inter tormenta
varia illud tantum vociferatus est: O Deus S. Sergij, adiuua me.
frequens etq; his temporibus peregrinatio ad sanctum
Sergium martyrem, quo quae singulis peteent, solerent
accipere: quae re vulgata, factum est, vt ad Iudæo dira pa-
tiente, vehemens dolor extorqueret, vt Deum S. Sergij
inuoicaret. Addebat verò (inquit Nicephorus) haec verba:
Sancte Sergi, tu nostri. Iudices porro fingere ac simulare haec He-
braumpetantes, ad ignem, vt ritus combureretur, condemnarunt.
Et ecce in medio flamma equites duo candidi induti sicut
apparentes, horis multum in actum conseruauerunt. Et multum
in flammam insitens, hominem inde eripuit. Qui deinde bap-
tizatus, Sergius nominatus est. Atque ille non minus mente quoque
illuminatus, substantia sua, quam habuit, vregidat; in pyra eius loco
amplissimum Sergij martyris templum construxit: vbi capite rati-
o, reliquam iuxta huius benedictum vitam exegit. Idem duo eius esse
crepiteri, non dubium suū in Sergij & Bacchi nomina mutatis. huc-
usque Nicephorus sub tempore creationis Acacij.

At non priore eundem, hoc eodem anno contigisse,
vt magnus ille Rhemenis Ecclesiae Episcopus Remigius,
Francorum Apostolus nominatus, defuncto eiusdem
ciuitatis Episcopo Gennadio, immaturus aetate, moribus
autem senior, populi voce, comprouincialium Episcoporum
consensu, diuino cooperante iussu, in Rhemen-
sem Episcopum ex inferioris cleri militia assumeretur,
annum aetatis agens vigeimum secundum. De tempore
fidem faciunt conscripti indices Episcoporum Rhe-
mpensium, quibus chronographi assentiuntur. Res au-
tem diuino iussu transacta, ita in rebus ab eo gestis descri-
bitur: Cum Remigius ad viginthi & duos aetatis annos perue-
nit, defuncto Gennadio archiepiscopo in hac vrbe Rhemenis, omni-
um generaliter votis ad Rem: huiusmodi raptus fuisse dignoscitur
potius, quam dici. Fuit ergo concursus populū diuersi quidem
sexus & dignitatis, necnon & aetatis: sed vnus atque eiusdem
sententiae cuncti hinc verè digni. & qui populi praesides debent
acclamabant. Vir autem beatissimus his angustis depressus, im-
mò afflictabatur angustis; quia nec fuga locum vsuam atque
nec populo, vt ab intrusione capti respiceret, vilo modo dissi-
cere poterat. Diminamque erat voluntatis, vt qui omnium sa-
luti profuturus erat, omnium acclamationibus eligeretur: qui
vniuersi fidei cum iam fidelibus, & sacrum fidelibus erat prou-
surus, vniuerso cuncti populi ad sedem exuberetur sacerdoti ali-
bunorū.

Sanctissimus quidem vir cum his acclamationibus se vgeri
conficeret, de infirmitate & aetate sua tempore conqueri cepit:
& quia Ecclesiasticus ordo infirmam aetatem ad hanc non respiceret
dignitatem, voce publica facebatur. Timebat enim, ne immatura
aetate, inimici versutis impugnata, aliquid contra heret simfiri. Sed
diuina gratia & voces populorum constantissime in eum fecit por-
darare electio. & S. vnum ab antiqui hostij procecu maligni-
tate. Quod ad haec de aetate pertinet: accidisse inter-
dum cognoscitur, vt cum in aliquo eminentissima virtus
atque scientia egregia cerneretur, de minor aetate ratio

AVDICA
PUGA EX
AFRICA.

XXXIX.
DE CINE
RE BYPER
CONSTAN
TINOPAL-
ITANO.

a Procop.
de bello
Goth.

b Basilio
metho.
art. hist.
c. 4.

c Cassid.
varior. h.
4. 10.

XXXI.
* tetus
DE REGEN
TIORI CI-
RIAXI
RAYCA-
TIONIS.
* illinc
* erupio

XXXII.
AN. 4. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.

XXXIII.
MARTY-
RIS INVO-
CATIONE
LIBERA-
TVS AB
IGNE IV-
DATA.

XXXIV.
REMI-
GIUS CRE-
ATVS R-
EMENSIS.

e Apud De
marchar. de
sari. Miff.
E. Sigbert.
in ady.
p. 110. ma-
p. 11. in
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.

XXXV.

XXXVI.

DIVINVM SIGNVM IN ELECTIONE BBA. GII.

minime haberi soletet: vt vidimus accidisse S. Iohanni Chrysostomo, qui non nisi fugā sibi consulere potuit, ne eiusdem etatis Episcopus ordinaretur. Sed hæc haud ficta esse absque diuino suffragio, quæ ab eodem auctore subduntur, ostendunt his verbis: Et cum populi acclamationes frequentia, & huiusmodi miranda renouentur constantia: placuit omnipotenti Deo, et manifestissimis manifestare indicij, quod ipse deo haberet indicium. Etenim cum modo pradicta veniri conaretur, videntibus cunctis, qui aderant, descendit subito radius noui luminis super ipsum sancti viri verticem, ac si ipse Sol de celo motus super eum ceciderit: & quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipse quoque cum ad hoc opus adficeretur, lumine debuit declarari visibili. & paulo post: Placuit etiam omnipotentis diuine huius miracula aliud addere deosensionem meritorum beatissimi viri. Etenim radio supradicto se illustrante, sensit capiti suo vnguentis sacri infusionem liquorem, quo tutum eius delibatum est caput. hæc ibi. Talibus planè tantisque debuit cælitus sacris signis imitari, qui ad conuersionem nobilissimæ gentis Franchorum Apostolus parabat.

XXXVII.

2 Sids. lib. 7. s. REMI-CHELO-QUENTIE LAYDES.

At qualis quantusve extiterit, qui à Deo atque hominibus tam celebre testimonium dignus ac fuit, quam etiam excellentis fuerit eruditionis, testificatione viri doctissimi meruit comprobari. Etenim Sidonij Episcopi Apollinatis, huius sæculi Gallicanorum scriptorum decus & ornatum, ad eundem Remigium scribens epistolam, hæc inter alia habet: Rarus, aut nullus est, cui meditati oper assistat depositio per causas, positio per lites, compositio per syllabas: ad hoc, opportunitas in exempli, fides in testimonij, proprietates in epithetis, verbanitas in figuris, virius in argumentis, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen in clausulis: instructa verò fortis & firma, conuentionumq; perfectarum nexa cæsuris insolubilibus; sed nec hinc minus lubrica & leuis ac modis omnibus erotunda, que lectoris linguam inoffensam decenter expediat, ne salubrosas passas iniquas, per cameram palati volutata balbutiat: tota hinc que liquidæ aprorsus & ductilis, veluti cum crystallinis crustis, aut onychinis non impaccio dignis vngue perlabitur: quippe si nihil cum rimosis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. Quid plura? Non extat ad presens viri hominis oratio, quam pericia tua non sine labore transgredi queat ac superuadere, &c. Hæc lector, tamquam imaginem quamdam scriptorum Remigij delineatam Sidonij penicillo præponimus intuentiam, quod non liceat lucubrationibus ipsis frui, quas viuens ille præ animi permessione obliuione potius obruere voluit, quam perpetuati dicare. Vtinam ipse qui hæc scribit Sidonius, perfectisset, quod ipsidem literis ad eum datus est comminatus his verbis: Si distuleris nostram sterilitatem facundis secundare colloquijs: aucupabimur nudum inanimulatrem, & vltro scimatua, conuentioni huius nobis & subornantibus huiusmodi manus arguta populabatur, inchoabug, tunc frustra moueri, spoliatu furto, si nunc rogatus non moueri offusio. At de Remigio hæc tenus, dictum de ipso sepe inferius, cum id ratio instituta nobis exegerit, tempore opportuno.

IESV CHRISTI

Annus 472.

SIMPLICI PAP. LEONIS 16. IMP. ANNUS 5. ANTHE. 6.

NOVVS aperitur nouis Consulibus præfens annus, Festo ac Marciano: quorum alter, nempe Festus, Romæ; alter verò, Marcianus scilicet, creatus est Constantinopoli. Mentio habetur Festi Consulatus in epitaphio sepulchrali Prætextati Exquæstoris Sacri Palatii, quod hæc tenus extat in pavimento Ecclesiæ S. Martini tituli Equitij in monte Cælio istis verbis:

hic re QUIESCIT IN PACE PRÆTEXTATVS V. I. I. X. QUÆS TOR. SC. P. DP VII. IDVS OCTOBR. FESTO V. C. CONS. filia EIVS. PRÆTEXTATA CE DP XV. KAL.

AVG. DECIO V. C. CONS. que legis elementa minoris characteris, decrant in tabula. Quod verò Christianorum hominum sepelire eam odi in scripto esse notatur, intelligere potes ex ea, Ethnicis Prætextatos, Christianæ religionis illustres, & relictarios, sese tandem, ab illicitis idolis, Christi fidei refecturæ.

Hæc anno Acacius Constantinopolitanus Episcopus electus anno superiori, ad nouas res adiciens animam, reuocare tenquit, quod Anatholius fructu conatus fuerat sub Leone Romano Pontifice, tamquam ex duobus argumentis Cœcilij Constantinopolitano & Chalcedonensi in indebitè usurpare, vt sedes Constantinopolitana post Roisanam locum principem obtineret. cuius rei gratia: iusto consilio iam pedetentim acturus, tantæ ingenere molis reit eiuusmodi fundamentum: Leone Imperatore remadiens, sic illi auctor sanctionis edende, qua cuncta concessa Ecclesijs privilegia iam perditæ restitueret, atq; firmaret; id nuncius acturus, vt hæc via quod Anatolius Gennadij prædecessor, resistent Leone Romano Pontifice, de Constantinopolitana Ecclesiâ primatus visus fuerat esse dispensium, ipsum illi in integritate restitueret. Sed attende Imperatoriam sanctionem, & consideræ Actium per se cretum tramitem in iura Patriarchaliam Ecclesiæ iam impetere licentiam habere.

Decernimus, vt antiquas & firmitatis funditus, quæ contra ipsum religionis dominum, quodammodo facta sunt, in integrum restituantur vniuersa. & ad vnum ordinem reuocentur, quæ ante professionem nostram mansuetudinè de rethodoxa religionis fide & sanctissimarum Ecclesiarum & Martyriorum statu firmiter obtinebant. His, que contra has tempora tyrannidis imouata sunt tam contra venerabiles Ecclesijs, quarum sacerdotum gerit beatissimus ac religiosissimus Episcopus Patriarcha nostra pietatis pater acacius, quam contra ceteras, que per diuersas provincias collocata sunt, nec non & reuocandissimas earum Antistes, seu de iure sacerdotum, seu de expulsiōe eiusquam Episcopi a quolibet illis temporibus facta, seu de prærogatiua in Episcoporum Concilio, vel extra Concilium antea lites reddendi, vel de privilegio metropolitano, vel de Patriarchis sub ipsidem imperij temporibus penitus antiquando. Vt ceterum & reuocatis, que per huiusmodi scelera ad iustitiam, aut præagratas sanctiones aut constitutiones impia, seu formam subiecta sunt; que ad diuine recordationis retrò Principibus ante nostrum Imperium & incepti à nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt super SS. Ecclesijs & Martyrij & religiosissimis Episcopis & clericis aut monachis, iniuolata seruentur.

Sacro sanctam quoque religiosissima huius civitatis Ecclesiam & matrem nostræ pietatis, & Christianorum Orthodoxæ religionis omnium & eiusdem Regie vrbis sanctissimam sedem privilegia & honore omnes super Episcoporum creationibus & iure ante alios residendi, & cetera omnia, qua ante nostrum Imperium, vel nobis imperantibus habuisse digno, citur; habere in perpetuum firmiter Regie vrbis intuitu quædamus & sancimus. hæc Leo, sed Acacij tunc tumentis prociudubio verbis concepta, & itylo superbie exarata. haud enim pij Principis verba illa esse potuerint, quibus dicitur Constantinopolitanam Ecclesiam Christianorum omnium & Orthodoxæ religionis matrem esse. Sunt hæc planè illa, que caput ipsum super omnes filios superbie, ita nominatus diabolus haud frustra comminatus fuerat S. Gennadio eius sedis Episcopo, nimitum fore, vt post ipsius obitum maximas in Ecclesia concitaret discordias, inuillamaret odia, atque moueret turbas. Factumque quidem fuit, vt talia in concilia sibi Acacius usurpante, maximum in Ecclesia Dei fuerit schisma constatum, Oriente ab Occidente diuiso. Sed vnae illi tam ingentes sumendi spiritus animus, & in concilia tentandi adeo incensa cupiditas: Accipe in choandæ tragediæ argumentum.

Quod enim collapsum penè videret Acacius Occidentale Romanum Imperium, Orientale verò auctum & propagatum; cum iam & illud sibi subicisse quodammodo videretur Imperator Constantinopolis, mittens ex eius vrbis Senatu hominem, qui illius Imperij morderaretur habenas: stultè putans Acacius vna cum Romano Imperio Romanam pariter esse imminutam Ecclesiam

II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.